



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 197. Corripiam ergo illum. v. 22.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

O diuinæ justitiae severitas in filium Dei vnigenitum; quomodo defas-
uies in seruos & peccatores? Parce Domine, parce, & non intres in iu-
dicium cum seruo tuo Domine; timeo enim, & merito severitatem judi-
cis Dei peccator miserius, si ita in innocentem filium propter peccata
mea defauisti.

§.196. Nullam causam mortis inuenio in eo.v.22.

Non capio quomodo Pilatus tam constanter affirmet innocentem
Dominum, nullam in eo esse causam mortis &c. Miror quod non crediderit affir-
mantibus iudeis ipsum esse malum. Aliquid diuinum agnosco in illa con-
stanti assertione: quomodo enim homo per tot, tantosque clamantes, &
accusato tacente, non induceretur ut crederet esse uti clamantes dictabant.
Dico igitur me obstupescere & mirari illam afferendi constantiam, & esse
miraculosam; nobis autem utilissimam: quia si Pilatus credidisset accusa-
tiones esse verosimiles, multum de gloria Christi & religionis nostræ splé-
dore dimisisset: quod ut non fieret; Deus gratia sua efficaci in Pilato præ-
cauitum illuminando, ut peruiderer innocentiam & in hoc confitendo
tenerer perleuerantiam insolitam.

O Peccatores, aduertite, iste Pilatus gerit se, ut in vobis se solet gerere
dictamen conscientiæ. Hoc constanter dictat veritatem; sed Principes
Iudeorum habent se, scuti in vobis solet se gerere voluntas, ista in vobis
contra dictamen rationis tendit in id quod allubuit. Hoc speculum quæ-
so ante oculos habete, & quoties male agitis huius rei nementote.

§.197. Corripiam ergo illum, v.22.

Quid audio? Tu Pilate dicis, esse innocentem Christum, quod est ante-
cedens, & infers, ergo corripiam illum. Qualis est ista æquitas iudicij? innocentem emendare! irreformabilem, reformatum? credo potius quod velis
mendare, seu deteriorem facere; cœteri homines semper habent unde
emendentur. Iste solus est inter homines emendationis liber.

Domine Iesu, splendor paternæ gloriæ, corripe me hic per pœnitenti-
tiam, dum satisfacere possum pro peccatis meis, ut merear, cum sanctis
tuis & electis, videre in cœlis splendorem tuæ innocentia male quidem
sed fœlici euentu pro me correptæ à Pilato.

§.198. Et